


Georg Radow

**Programma, Quo Pro-Rector Universitatis Rostochiensis Georgius Radovius, I.U.D. ac Codicis Professor, ad exequias ... Margaritae Steinmanniae, viduae Hahniae; Eiusdemque Filio Carissimo, Balthasari Hahnio, lunctim hodie parandas, Omnium ordinum Cives Academicos ... invitat ...**


Rostochii: Kilius, 1676

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774671483>


Druck Freier  Zugang



Radov, G.  
in M. Steinmann.  
vid. B. Hahn et in B. Hahn.  
Rostock, 1676.







56.

Programma,

Quo

PRO-RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS

GEORGIUS RADOVIUS,

J. U. D. ac Codicis Professor,

ad exequias,

*Matronarum Honoratissima,*

MARGARITÆ  
STEINMANNIÆ,

viduæ

HAHNIÆ;

Ejusdemque

FILIO *Carissimo,*

BALTHASARI  
HAHNIO,

Junctim hodiè parandas,

Omnium ordinum CIVES ACADEMICOS

per amanter invitat.

*Conventus fiet in Æde Marianâ, Hora 1. pomerid.*

ROSTOCHII,

Typis viduæ JOHANNIS KILII, Acad. Typogr.

Anno M. DC. LXXVI.



Um plura alia in Sapientiorum Gentium monumentis reperire est, usibus nostris apprimè servientia, tum verò præclara potissimum succilla, quæ de contemnenda non saltem, sed & appetendâ, maximâque animi promptitudine subeundâ morte consignaverè. Non omninò nulla, hodiernorum funerum occasione, inde excerpere, atque isthoc pacto haut prorsus absurde præfari, sedet utique animo nostro sententia. Mortem sanè à Diis immortalibus non supplicii causâ constitutam, sed aut necessitatem Naturæ, aut laborum miseriarumque quietem esse, adeoque sapientes nunquam eam invidios, Fortes etiam sæpè libenter oppetivisse, Romanorum disertissimo *Ciceroni* non unis in locis signatū est. Inquietam nobis vitam facimus (verba sunt *Seneca* Epist. 24.) metu mortis; & tanta est hominum dementia, uti quidam timore mortis cogantur ad mortem: Firmandi sumus, ne nimis amemus vitam, & nimis oderimus mortem. Vir fortis & strenuus finire, quum ratio suadet, non timere; non fugere de vitâ, sed exire debet. *Crispo Sallustio* bello *Catilinar.* Mortis requies ærumnarum in luctu & miseriis, nullo pacto cruciatus est. Cordatum planè responsum est, quod *Cristoni* Amico *Socratem* reposuisse, memoria proditum est: Enimverò suadenti illi, petentique, ut, si vitam ipse suam negligeret, saltem *Libris*, etiamnum parvulis, & Amici ab ipso pendentibus servat

Anno M. DC. LXXVI.

varet sese incolumem; Liberi, regerebat *Philosophus*, DEO, qui mihi eos dedit, curæ erunt; Amicos hinc discedens inveniam, aut vobis similes, aut etiam meliores; quin ne vestrâ quidem consuetudine diu cariturus, quando brevi eodem ipsi etiam estis commigraturi. Nemo evitare poterit, omnibus quod tranandum est æquor; nihilque miremur eorum. (*Senecam* denuò citamus) ad quæ nati sumus; quæ ideò nulli querenda, quia paria sunt omnibus: Ita dico: paria sunt; Nam etiam quod effugit aliquis, pati potuit. Æquum autem est, non quo omnes usi sunt, sed quod omnibus latum est. Imperet æquitas animo, & sine querelâ mortalitatis tributa pendamus. Hiems frigora adducit; ægendum est: æstas calores refert; æstivandum est: intemperies cæli valetudinem tentat; ægrotandum est: & fera nobis loco occurret, & homo feris omnibus perniciosior. Alium aqua, alium ignis eripiet. Hanc rerum conditionem mutare non possumus: id possumus, magnum sumere animum, & Viro dignum, quo fortiter fortuita patiamur, & Naturæ consentiamus. Natura autem hoc, quod hic vides, regnum, mutationibus temperat; nubilo serena succedunt; turbantur maria, conquieverunt: flant invicem venti; noctem dies sequitur: pars cæli consurgit, pars mergitur; Contrariis rebus æternitas constat. Sed enim ad hanc legem animus noster aptandus est, hanc sequatur, huic pareat, & quæcunque fiunt, debuisse fieri putet; nec velit objurgare naturam; optimum est pati, quod emendare non possis, & DEO, quo Auctore cuncta eveniunt, sine murmure gerere morem. Malus miles est, qui Imperatorem suum gemens sequitur. Hæc & ejusce generis plura alia, quæ addere supersedemus, ex Philosophiâ ac luce naturæ deprompta sunt; quæ nos certè, qui Christiani, & Sacras docti literas sumus, rectius longè intelligimus, scimusque, id vetustum utriusque sædus esse, uti mors omnia nobis debeat; amaro-

rem.



rem autem mortis mirè per Conservatorem CHRISTUM temperatum, pariter, per DEI gratiam, scimus, quod Ethnicis tamen ignoratum est quàm maximè. Hinc eò minus fugitare mortem fas nobis aut æquum fuerit, sed in grandi potius putare eam horam lucro, quæ procellosum & tempestuosum hoc mortalitatis mare emensos, per beatum obitum in æternum felicitatis & tranquillitatis portum deducat.

Hi certe ipsi, qui junctim hodie, exemplo jam apud nos nec novo, nec insolito, efferentur, MATER, FILIUSq; non alià, quàm quã diximus, mente necessitati ultima paruerunt; illa per ipsam ceteroquin ætatem vite iam saturã; iste autem annis necdum iusto provectioribus. Nec ulla spes alia morientes solata est impensius, quàm quod certissimè forent, non mansuros sese in morte, sed unã cum resurgente CHRISTO, aliquando redituros in vitam, eamque millennis hãc, quam hìc vixissent, modis præstantiorem. MATER MARGARITA nata est hìc Rostochi Anno 1608. Patre quidem spectatissimo prudentissimoque Dn. JACOBO Steinmann / Senatore; Matre verò MARGARITA Prengers / Feminarum Ornatissimã. Avum Maternum habuit, HINRICUM Prenger / Ædis Marianæ præfectum, civemque primarium. Aviam Maternam MARGARITAM von Rheden / nobili saram origine, HULDARICI von Rheden / VIRI Nobiliss. Filiam. De paternã prosapia, quæ ultra jam dictum parentem ascendat, ut ut sine dubio præclarã, non tamen admodum, certis ex causis, sibi jam liquere posse cãussantur hi, qui hac funera curant. Nos proin banc etiam rem relinquimus in medio. Ceterum mox natam NOSTRAM pii providique parentes S. Baptismo destinarunt, uti, quam nascendo labem contraxerat, renascendo ablueret, atque ita æterna vite consors redderetur. Patrem admodum juvenula amisit. Quam jacturam strenuè sarsit superstitans Mater, quæ Filie huic sua cùm suo ipsa exemplo pietatem morumque elegantiam prævit, tum per alios parile vite institutum sedulo curavit commonstrandum. A-

dultor

dulior, & plenis jam nubilis annis, juncta est DN. MARCO  
 Gahnen / Civi apud eos, & Cerevisiario praestantissimo; ex quo  
 trium Filiarum, sc. ANNÆ, MARGARITÆ, & ELISABE-  
 THÆ, duorumque Filiorum, BALTHARIS (cum ipsa jam fun-  
 cti) MARCI; posthumi, Mater facta, Filiarum prima, ANNA,  
 DN. MATHIÆ Novocœn / apud Holfatos Praefecto, collocata,  
 trium eundem Filiarum Parentem fecit, quarum natu grandior  
 VIRO Consultissimo DN. JOANNI Schwencœn / J. U. D. &  
 Practico celeberrimo; altera, Senatori cuidam Tönningsensi;  
 tertia strenuo fortissimoque VIRO, DN. HAUSMANNO, Ma-  
 gistro Equitum, felici juncta est matrimonio; etiamnum sola è tri-  
 bus superstitans, uniusque Filiola parens. Sed enim è diversi-  
 culo in viam. DN. MATTHIA Novocœn vitâ jam functo,  
 ANNA vidua ad altera transit vota, DN. GEORGIO Moh-  
 ren / JCo, & Advocato in Holfatiâ Clarissimo, nupsit: quo ex toro  
 hinc prodire filioli, vegeti in hunc usque diem valentesque; ipsa  
 autem ANNA parens aliquot abhinc annis fatia concessit suis. Fi-  
 liarum secunda MARGARITA nupta initio VIRO Rev. & Doctis-  
 simo DN. M. MARCO Friesen / in Neventirchen Pastori,  
 cui Filium unicum MARGUM, & dein post prioris conjugis dis-  
 cessum, Viropariter Rev. & Doctiss. DN. JOANNI Witthole-  
 ten / Pastori ibidem, cui duas Filias, DOROTHEAM & AN-  
 NAM, viventes, Filiumque unicum, BALTHASAREM, jam fun-  
 ctum, peperit; ipsa verò etiam iam dudum translata ad superos.  
 ELISABETHA è filiabus ordine tertia, VIRO Reverend. & Prae-  
 stantiss. DN. M. JOACHIMO Giesen / Pastori apud Holfat. in  
 Koldentirchen / fidelissimo, elocata, una cum Marito per DEL  
 gratiam vivens adhuc valensque; ex quo conjungio, SALOME  
 MARGARITA, MARGARITA, ELISABETH, CATHARINA,  
 MAGDALENA AUGUSTA, JOACHIMUS, JACOBUS, &c.  
 prodiisse feruntur. Hec de MATRE; cui quæ contiguo fune-  
 re jungitur Filius BALTHASAR, natus Anno seculi hujusce 32. A-  
 gibus

vum.

*Quæ paternam habuit cognominem* BALTHASAREM **Sahnen** /  
*patricium* Rostoch. *Aviam a. paternam*, ANNAM **Lüschowen** /  
*Feminam plane præstantem. Pro avus paternus fuit.* DN. JO-  
 ACHIMUS **Sahne** / *VIR prudentiss. & Senator eximius,*  
 BERNHARDI **Sahnen** / & THELOESIE **Kirchhoffen** /  
 DN. BARTHOLDI **Kirchhofes** / *Cof. Ampliss. Filia, gnatus.*  
*Proavia Paterna*, ELISABETHA **Schmieden** / BALTHA-  
 SARIS **Schmiden** / *Civis mox nostratis, dein Wislariensis filia,*  
 & DN. BRANDANI **Schmieden** / *Cof. apud Wismar. bene-*  
*merentissimæ Neptis.* *Pro avus maternus extitit VIR Ampliss. &*  
*Consultiss.* DN. MARCUS **Lüschow** / *J. U. D. & Cod. in hac*  
*Acad. Rostoch. Professor celeberrimus;* DN. MARCI **Lüschow**  
**Wen** / *Senatoris, & MARGARITÆ Krohnen* / *maximæ &*  
*Consularibus sate parentibus, Filius.* *Pro aviam Maternam sa-*  
*lutavit* ELISABETHAM **Kirchhofes** / DN. BARTHOLDI  
**Kirchhofes** / *Cof. apud nos, & MARGARITÆ Keller-*  
**mans** / *paire apud Wismar. Cof. ampl. prognata, filiam.*  
 His parentibus Majoribusq; natus BALTHASAR noster, sua-  
 vissimæ Matri ad 44. usque ætatis annum convixit, & cum ea-  
 dem etiam tandem extinctus est. Utriusque maximam fi-  
 dissimamque fuisse animorum conjunctionem, cum aliunde  
 certissimum est, tum inde etiam liquet potissimum, quòd ne  
 in ipsâ quidem morte, longâ annorum consuetudine, singu-  
 larique fide juncti, sanctissimeque amantes divellerentur.  
 Nos certè & MATRI & FILIO sortem, finemque hunc bea-  
 tum adeò non invidemus, ut potius utrique eo nomine im-  
 pensè gratulemur. Enim verò quid vita hæc habet vel felicia-  
 tatis, vel commodi? quid non potius molestiæ, laborumque?  
*Deo Fidelis* & MOSCHE avi humani omnem excellentiam nil  
 nisi miseriam doloremque esse, ex re & vero causatur, Non  
 prorsus absurdè, sed concinué potius cum *Mari* tempora hæc  
 nostra conferas. Quemadmodū in illo, ita in istis quoq; fluctus  
 assidui

affidui, saepe numero tempestas: malacia & tranquillitas  
rara, portus, nisi mortis, omnino nullus. Bene igitur  
habet, si quis ex fluctibus istis tandem in portum  
hunc subvelitur, qui miseris laboribusque, quos tot  
annos, tamque variè patimur, metam figit, aut magè  
imponit finem. Is profectò non impensius queri debet,  
quàm qui tædiolissimâ navigatione defuncti, quietem  
tandem pacemque recipiant. Quanto animorum cum  
prolubio ipsi etiam Gentiles mortem & expetiverint, &  
obierint, quantâque in felicitatis parte ultimâ nume-  
rârunt horam, supra præfati meminibus. Ceterum quod  
princeps in moriendi negotio est, animisque nostris  
spem fiduciamque Vitæ verè melioris ingenerat, id verò  
ipsi sciverunt juxta cum ignarissimis. Nos, qui per DEI gra-  
tiam, callemus hæc mysteria, divinitusque genuinam  
moriendi artem docti sumus, vertere utique etiam in  
usus decebit, longè proniores, quàm unquam vel ab  
aliis, extra Christianismi pomeria constitutis, vel à *Sogdianis*  
etiam nonnullis factitatum quondam legimus: qui,  
ut per interpretem cognoverunt, jussu Regis Alex. ipsos  
ad mortem trahi, carmen lætantium more canere, tripu-  
ditusque & lasciviori corporis motu, gaudium quoddam  
animi ostentare cœperunt. Admiratus Rex, tantâ ma-  
gnitudine animi oppetere necem, revocari eos jussit, cau-  
sam tam effusa lætitiæ, cum supplicium ante oculos habe-  
rent, scisciratus. Illi, si ab alio occiderentur, tristes mo-  
ruiros fuisse respondet. Nunc à tanto Rege, victore  
omnium gentium, majoribus suis redditos, honestâ mor-  
tem, quam fortes VIRI voto quoque expeterent, carmi-  
nibus sui moris lætitiâque celebrare. Sed plura adde-  
re, non tam paginarum, quàm temporis, quo hæc  
scribi-

scribimus, vetant angustia. Abs vobis jam, CIVES  
ACADEMICI, omnium ordinum honoratissimi,  
uti & MATRI, & FILIO, juxta efferendis, frequentes  
eatis exequias, pariterque, hanc tam luculentâ occasione,  
tamque lubricâ fragilique hanc tempestate, mortali-  
tatis vestrae gnauiter memineritis, studiosè  
ac serio contendimus.

*P. P. sub Sigillo Academiae, die IV. April.  
Anno M.DC.LXXVI.*













dulior, & plenis jam nubilibus annis, juncta est  
Gahnen / Civi apud eos, & Cerevisario prastan  
trium Filiarum, sc. ANNÆ, MARGARITÆ,  
THÆ, duorumque Filiorum, BALTHARIS (cui  
cti) MARCIq; posthumi, Mater facta, Filiarum  
DN. MATHIÆ Novoclen / apud Holsatos Pr  
trium eundem Filiarum Parentem fecit, quarum  
VIRO Consultissimo DN. JOANNI Schwenc  
Practico celeberrimo; altera, Senatori cuidam  
tertia strenuo fortissimoque VIRO, DN. HAUSM  
gistro Equitum, felici juncta est matrimonio; etiam  
bus supersitans, uniusque Filiola parens. Sed  
culo in viam. DN. MATTHIA Novoclen  
ANNA vidua ad altera transit vota, DN. GEO  
ren / JCo, & Advocato in Holsatiâ Clarissimo, nu  
bini prodire filioli, vegeti in hunc usque diem val  
autem ANNA parens aliquot abhinc annis fatia c  
liarum secunda MARGARITA nupta initio VIRO  
simo DN. M. MARCO Griesen / in Newenti  
cui Filium unicum MARGUM, & dein post pri  
cessum, Viro pariter Rev. & Doctiss. DN. JOAN  
ten / Pastori ibidem, cui duas Filias, DOROT  
NAM, viventes, Filiumque unicum, BALTHAS  
Etum, peperit; ipsa verò etiam iam dudum tran  
ELISABETHA è filiabus ordine tertia, VIRO R  
stantiss. DN. M. JOACHIMO Giesen / Pastor  
Koldenkirchen / fidelissimo, elocata, unâ cum  
gratiam vivens adhuc valensque; ex quo conjun  
MARGARITA, MARGARITA, ELISABETH,  
MAGDALENA AUGUSTA, JOACHIMUS,  
prodiisse feruntur. Hæc de MATRE; cui qu  
re jungitur Filius BALTHASAR, natus Anno sec  
ipside

